tunc cenſeri, quando adeſt Religioſus, qui ex priuilegio poteſt Parochialia exercere, & ſine eo inualidè contrahi generaliter ſtatuit: & inualidè etiam ignorantem, quando maior fidelium pars ſcit eſſe Parochum, quia lex ligat ignorantes. Quæ doctrina circa Indos videtur fallere ob eorum ordinariam inſcitiam & hebetudinem. Et proprium habentes Parochum non poſſe ad locum tranſire, in quo Parochus non eſt, vt ibi contrahant, declaratum à Sacra Congregatione. Indos etiam habentes proprium Parochum, abſentem tamen, non poſſe matrimonio iungi ab eo, qui illas tranſit, Parocho loci alterius eiſdem aſſignati, concludit cum Veracruce, P. Sancio, & P. Pellizario.

329 *Quæſt.* 227. probat Parochos in Indiis, ſicut Euangelicos Miniſtros, non petitis, ſed voluntariis tantùm eleëmoſynis & oblationibus viuere ex obligatione conſtringi. Sed aliud ſatis prouidè Regiis eſt diſpoſitionibus conſtitutum: licet firmum ſtare debeat oblationes non ſpontaneas penitus relegandas, de quo à Nobis dictum.

Circa Appendicem *num.* 20. adducit Bullam Pauli V. de qua ibi, vt quæ viro habeat etiam modò. *Quæſt.* 98. *num.* 111.

Circa Titulum XIX. & Cap. VI.

Ubi de poteſtate Capituli circa diſpenſationes cum illegitimis.

330 ID quod à Nobis ibi dictum, probat *Quæſt.* 98. §. 14. Pij V. & Greg. XIII. Bullis adductis. & de Capitulo præſertim loquitur *numer.* 67. Et concludit omnia, quæ circa diſpenſationes poſſunt Epiſcopi, etiam poſſe Capitulum.

Eodem §. quia de diſpenſatione eſt, hæc habet. *Primò* Regulares poſſe diſpenſare cum iis, qui excommunicati receperunt Ordines, aut celebrarunt, Ex Innocentio IV. *Secundò* idem poſſe cum malè promotis, *dummodo ſeruata talis forma extiterit, per quam Ordines recepiſſent.* Quod perinde eſt ac dicere nihil ex ſubſtantialibus omiſſum. *Tertiò* idem poſſe circa alias irregularitates, in quibus ſolent Legati Sedis Apoſtolicæ diſpenſare. Et etiam in defectum talium, dummodò non ſit ex adulterio, inceſtu, aut Regularium turpitudine. *Ex eodem, ſicut & præcedens.* Quartò, cum Schiſmaticis & Apoſtatis à Religione, vel Clericali Ordine. *Ex eodem.* Et de Apoſtatis à Religione agit etiam §. 4. *& n.* 17. obſeruat tales ſic ſponte venientes & abſolutos non eſſe puniendos, alioqui nullus fauor iis concederetur. Addit ex Clemente VIII. *num.* 18. *&* 19. alia circa eoſdem, qui circa omnia diſpenſari poſſunt, & ſecluſo ſcandalo celebrare, & Sacramenta, ſi in eo animarum comperiatur vtilitas, miniſtrare, & per tempus aliquod in habitu reaſſumpto ſuæ Religionis extra Monaſterium degere. Locum conceſſionis non indicat, ſed eſt in Bulla pro PP. Diſcalceatis Carmelitanis *numer.* 16. Addit tandem *num.* 20. proficiſcentem ad partes infidelium ſine licentia Generalis apoſtaſiæ notam ipſo iure incurrere. Ex eodem *num.* 19. Sed cùm hoc non ſit priuilegium, ſed pœna, ad Patres prædictos arctandum. Addere etiam poterat non ad omnes illos, ſed ad ſolos Italicæ Congregationis extendi. Et licentiam ſufficere Commiſſarij eiuſdem, de quo *num. citat.* Cenſet ergo Auctor in fauorabilibus eſſe communicationem: quod & Nos *ſuprà.* Vt cum eodem pariter concludamus.

FINIS.

INDEX

INDEX ADDITIONVM AD TOMVM POSTERIOREM THESAVRI INDICI.

Numeri marginales hic tantum indicantur.

A

Abſolutio.

AB hæreſi vt liceat pro perpetuò impeditis. 27. & ſeqq. & 291. vbi obſeruatione digna.
Pro Regularibus. 125. & 290

Academia.

An gradus per ſufficientiam dari queant, in eo diſpenſando. 143. & 144
An gradum Magiſterij ſine illa recipere ſit mortale. 144

Actus.

Quando imperfectus qualiter excuſet à pœnis. 204 & ſeqq.

Angelus, Maria Verricelli.

Auctarium Additionum pro eodem, quia de Indicis Miſſionibus ex profeſſo egit. 254. & ſeqq.

Annus.

In Bullis pro Indijs quomodo computandi. 1. & 2

Apoſtatæ.

Quid circa illos liceat ex conceſſione Pontificia. 300

B

Baptiſmus.

Vide v. Sacramentum.

Benedictio.

Ornamentorum & vaſorum ex priuilegio. 24. 283 & 284

Beneficiatus.

Ad ornatum Eccleſiæ tenetur. 106
De redditibus reſpondentibus miniſterijs, pro obligatione reſtitutionis. 115

Bulla Cœnæ.

Excommunicatio pro venditione armorum quando incurratur. 309
Vide v. Hæreſis, & v. Inquiſitio.

Bullæ pro Indiis.

Vide v. Annus.

Bulla Pij V.

Pro Mendicantibus vt reuocata. 51

C

Chocolata.

AN frangat ieiunium Eccleſiaſticum. 319

Confeſſarius.

An pro eo vnica ſufficiat approbatio. 121
Pro nauigantibus ſpecialia. 294. & 295

Confeſſio.

Cum complice an liceat. 315. & 316. vbi ſpecialia.

Confirmatio Sacramentum.

Quando adminiſtrandum in Nouo orbe. 262
An Epiſcopus validè poſſit conſecrare olea benedictione à ſe compoſita. 263. & 264
An confirmare Oleo Catechumenorum aut infirmorum. Ibidem.
Balſamum an materia neceſſaria. Ibid.
Quæ balſami quantitas ſufficiat. 265
Subſidente balſamo, an cum eo ſit valida confirmatio, & quid de ſolo oleo. Ibid
Balſamum Indicum an propriè tale, & an Pontifex in eo diſpenſarit. Ibid
Minor Miniſtrorum numerus in neceſſitate ſufficit. Ibid
Illius adminiſtratio an ſimplici Sacerdoti committi poſſit, ſitque id vtile in Iaponiâ, & ſimilibus. 266
Ex vi juris diuini an Epiſcopus poſſit adminiſtrationem talem committere, & quid de Græcis. 267
Non licere ex conceſſione id non exprimente Adriani VI. & Vrbani VIII. 268
An ſi liceret, poſſet ad Indias Orientales extendi Adriani conceſſio. Ibid

Correctio fraterna.

Non obligat in publicis delictis, nec ob illius defectum poteſt repelli denuntiator. 105

Conſtitutio.

Quæ dicatur odioſa. 3. vbi an Religioſi veniant nomine Clericorum, cùm vitandi dicuntur illorum percuſſores.

Conſuetudo.

Qui conſenſus Principis neceſſarius vt vim habeat. 15

D

Decimæ.

DE obligatione pauperum circa illas. 66. & de vno fœtu ſecundum æſtimationem. Ibid

Diſpenſatio.

Ignorata an ſuffragetur pro valore actus. 88
Circa votum Caſtitatis quæ cauſſæ ſufficiant, & quid pro Indijs. 67. & 308
Circa petitionem debiti extare priuilegium Religioſorum. 68
Circa bigamiam. 136
Multa & ſpecialia circa illam pro Religioſis in Indijs ex Verricelli. 330
Vide verb. Irregularitas.

Donatio.

Facta ipſo mortis die à Beneficiario valida. 327

E Eccleſia,

E

Eccleſia.

A Quo reconciliari poſſit. 25

Eccleſiaſtici.

Clerici ludorum prohibitorum ſpectatores excommunicati per Bullam Pij V. 105
De cohabitatione fœminarum, & occaſione proxima. 116.

Epiſcopus.

Breue Alexandri VII. circa conſecrationem, & poſſeſſionem ſine Litteris Apoſtolicis. 70
Notanda circa ipſum. 71. & 72
Ex apprehenſione poſſeſſionis cenſuræ incurſæ. 73 & ſeqq.
Non poſſe allegari defectum præſumptionis, quia hæc datur cùm quis contra legem ſcienter operatur. 75
Pœnæ conſecrantis & conſecrati. 76. & ſeqq. vbi quid ſuſpenſio, quæ eſt cenſura. 84. Et irregularitas ob violationem. Ibid.
Sacræ Congregationis Decretum validam quoad impreſſionem Characteris conſecrationem ſtatuentis, vt ſtare queat tamquàm omnino certum, cùm reuerà dubia ſit. 85. & ſeqq. vbi quòd Epiſcopatus iuxta plures non ſit Ordo Sacramentalis.
Pius IV. opinione probabili vſus circa conſecrationem ſine tribus Epiſcopis. 87
Diſpenſatio eiuſdem ignorata quomodo ad effectum conferre poſſit. 88
Quæ coniectura voluntatis Pontificiæ iuuare pro talibus queat, & quòd ſine illa ſtat valor iuxta ipſius mentem. 89. & 90
Circa Decretum dictum depulſæ malefactæ narratiunculæ. 91. & ſeqq.
Stante valore conſecrationis non ideò valida ſunt omnia, quæ ex Characteris poſitione dependent. 94 vbi illa recenſentur.
Communem errorem non ſuffragari intruſis, vt verum. 95. & 96.
Quid ſi non præſtetur iuramentum fidelitatis & obedientiæ. 99. & ſeqq
Dubia excommunicatio ingreſſum impedit, ſicut & in alias dignitates. 102
Quàm vrgens viſitandi obligatio. 103
Non peccare contra juſtitiam profanè expendentes. 104
Ad pauperes diœceſanos præcipuè teneri. Ibid.
Vbi & præclarum S. Thomæ Villa-nouæ exemplum.

Error.

An ſuffragetur intruſis, ſi communis. 95. & 96

Euchariſtia.

Communio Paſchalis apud Religioſos an liceat. 18
De Communione Indorum, & qualis generaliter capacitas ad illam ſatis. 269
De habentibus lucida interualla, & nonnullis alijs. 270
De illius geſtatione ad collum. 288

Excommunicatio.

Pueri quando illi ſubiaceant. 69
Dubia impedit ingreſſum in Eccleſiæ dignitates.
Reſeruata, quæ in Bullâ ſi de protegendis. 226 & ſeqq.
Quomodo redeat, cùm data abſolutio ad aliquem effectum. 241. & ſeqq.
Quomodo illam incurrant fautores Hæreticorum. 211 & 212.

Extrema vnctio.

A Religioſis an poſſit hoſpitibus conferri. 49
Oleo non benedicto ab Epiſcopo an liceat. 123
Quomodo ſupplendi defectus in adminiſtratione. 124

F

FAmiliares quinam dicantur vide v. Inquiſitio, vbi & de Familiaribus Miniſtris.

G

QVæ dicantur Gloſſæ Aurelianenſes. 62

H

Hiſpania.

REgum illius reſcripta pro Indijs quomodo habeant vim acſi à Pontifice emanaſſent. 285 & 286

I

Indi.

AN excommunicationi ſubiaceant. 69

Indiæ.

An veniant regnorum Hiſpaniæ nomine. 13
Vide v. Priuilegium.

Indulgentia.

Religioſos in partibus infidelium eas poſſe concedere, quas Epiſcopi. 310
Quæ pro viſitantibus eorum Eccleſias, ac nonnullis alijs. 311
Pro tendentibus ad Indias. 312

Inquiſitio, Inquiſitores.

Eorum poteſtas etiam pro foro interno: contra quod tenent alij. 28. & 29
Aliquam ſemper formam iudicialem iuxta eoſdem requiri. 30. quod ibidem alij negant, vbi ſpecialiter de Hiſpanis.
An abſoluere valeant Epiſcopi ab hæreſi, & id alijs committere. 33
Abſolutionis quomodo capax excommunicatus. 34
Beneficio Cruciatæ an valeat abſolutio ab hæreſi. 36. 42. & ſeqq. vbi ſpecialia.
Quid per Religioſorum priuilegia. 45. & ſeqq.
Quid illi pro caſibus Bullæ Cœnæ. 48
Munera vt prohibita S. Inquiſitionis Miniſtris. 137
DD. Inquiſitores an queant Confeſſarium eligere non approbatum. Ibid.
De illorum iniurijs, ac ipſorum Miniſtris, quando non intuitu Officij. 140
Miniſtri puniri à S. Tribunali poſſunt. 141
Quomodo ij exempti in ciuilibus. 142. & 156
Qui gaudeant eius foro in criminalibus, & in quibus criminibus. Vbi de Sodomitis. 145
De crimine læſæ Maieſtatis. 146
Non eſſe tale circa Regios Conſiliarios. 147
Quid ſi rei ſint Eccleſiaſtici, & an neceſſariò tradendi Curiæ ſæculari. 148. & 149
An degradandi. 150
Concordia nouior an cum antiquiore circa excepta crimina componenda? 151
Pro illis diſcurſus vt non excepta conſtet. 152. & ſeqq.

Specia-

INDEX ADDITIONVM.

Specialis caſus, pro quo inſtituta tractatio. 157
Familiares, qui ſcilicet de familiâ, gaudent foro Inquiſitionis, maximè ſerui. 138. & 164
Debent eorum expenſis ſuſtentari. Ibid
Ex Nigris arma geſtantibus argumentum. 159
Ex diſpoſitione aliâ Concordiæ circa bona, in quibus DD. Inquiſitores ſuccedunt, aliud. 160
Eorum juriſdictio circa familiares à Rege, ex quo & tertium argumentum. 161. De quo & 173. vbi quod id ſit dubium.
Exemptio eſt contra ius, vnde ſtrictè interpretanda, ex quo & arguitur. 162
Supremum S. I. Conſilium valde in huiuſmodi circumſpectum: ex quo & ratio pro caſu. 163
Seruientes non diuturni an gaudeant priuilegio. 164
Fit ſatis argumento ex ſuſtentatione, & dari id, cùm S. Tribunali competit adminiſtratio. Ibid. & 165 vbi ratione beneficij arguitur.
Quia fauorabile ampliandum. 166
Nomen familiarium extendendum fauore S. Tribunalis, quia eſt fauor fidei. 168
Etiamſi contra ius commune. 175
Ex identitate rationis validum argumentum in propoſito. 167
Pro voluntate Regiâ, & ſupremi Conſilij valida coniectura. 169
Ratione pietatis ſtare extenſionem. 170
Stat familiaris priuilegio gaudere aliquem ſine ſuſtentatione, pro quâ varia exempla. 171
A maioritate rationis non valet illatio. 172
Quando eſt cauſſa ſanguinis, non committendam laico ab Eccleſiaſtico, ex Iure habetur, & id ſecurius in caſu, de quo agitur. 177. & 178
Sed non penitus neceſſarium. 179
Ex praxi S. Tribunalis à Supremo diſpoſita argumentum. 180. & 181
Specialis difficultas circa illam, eò quòd non extet priuilegium pro eo, ſicut in cauſſis fidei. 182
Ex eo quòd non ſit proxima cooperatio ad mortem, vt philoſophentur quidam. Ibid.
Priuilegium in cauſſis alijs ad tollendos ſcrupulos conceſſum. 183
Non videri neceſſarium vt rei capitaliter Curiæ ſæculari tradantur, exemplo Sodomitarum & Lamiarum. 184
Conſtitutio Gregorij XV. de maleficis homicidium perpetrantibus non videri contraria. 185
Poſſunt DD. Inquiſitores ad torturam procedere, etiam ſine ſpeciali priuilegio. 186
Et in homicidio aleuoſo: quod quale ſit explicatur. 187 & 188
In dubio circa juriſdictionem generaliter loquendo, poſſunt cognoſcere, vbi de ſortilegio & blaſphemia. Ibid.
Etiamſi non ſapiant hæreſim. Ibid
Crimen læſæ Maieſtatis non exceptum iuxta aliquos, ſicut nec aleuoſa rebellio. 188
Specialis caſus contra Bullam Pij V. ſi de protegendis. 187
Bullæ aliæ contra impedientes, & Decretales. 190 & ſeqq.
Impedientes in cauſſis etiam ad fidem non ſpectantibus comprehenſi. 190. & ſeqq.
Bullam Pij V. non agere tantum de impedientibus in in cauſſâ hæreſis. 196. & ſeqq.
Perterrefacientes comprehenſi. 203
Imperfectio actus non excuſat ad incurſionem pœnarum Bullæ, quidquid de alijs ſit iuxta communem doctrinam. 204. & ſeqq.
Circa excommunicationem non eſt arbitrio locus, ſecus circa pœnas alias. 207
Ex eo quòd prætendatur impediendi conatum non fuiſſe ex contemptu aut odio S. Officij, non vitari pœnas Bullæ. 208. & ſeqq.
Fautores hæreticorum non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, niſi ſint eorum vt talium, quæ aliquorum eſt ſententia, vt poſſit ſuſtineri. 211 & 212
Peculiaris diuerſitas in Bullâ Cœnæ, & Pij V. quoad pœnas. 213
Quomodo probationes in contrarium admittantur. 217 & 218
Pro praxi notandum. 219
Pœnæ poſſunt à S. Tribunali moderari. 220. & ſeqq.
Circa priuationem Beneficiorum ſpeciali difficultati occurſum. 223
Obſeruatio peculiaris de non impoſito præcepto circa inflictionem pœnarum. 224
Nobilitas non excuſat à pœnis. 225
Temperari poſſe probabile. 226
Quòd reus Familiaris ſit aggrauat, & aliquomodo delictum extenuat. 227
Iuuat pro moderatione ampla cognatio. 228
Quòd iniuſta captura iudicetur, aggrauat exceſſum, ob DD. Inquiſitorum probitatem & maturitatem, & qualiter extenuet. 229
Ex circumſtantiarum concurſu rectè adhibita moderatio. 230
Item ex actu non prorſus completo. 231
Sine citatione an potuerint rei ſtatim excommunicati denuntiari. 233. & 234
Miniſtri capturæ, cùm non ſunt perſonæ viles, poſſunt eſſe teſtes. 235
Aliquando acceleratione vtendum, ſtylo ordinario relicto. Ibid
Abſolutionem excommunicationis Bullæ dictæ eſſe reſeruatam Pontifici, quidquid nonnulli dicant. 236. & ſeqq.
Poteſtatem à DD. Inquiſitoribus impendi. 240. & ſeqq.
Data ad effectum comparendi &c. quomodo redeat. 241 & ſeqq. vbi notanda doctrina.
Captus reſiſtens an Bullæ pœnas incurrat. 246. & ſeqq.
Perterrefactio verbalis ſufficit. 249. & 250
Quid ſi comminationes præceſſerant. 251. & 252
Quid de mancipijs cooperantibus, & de ſatellitibus, cùm notanda pro ipſis & famulis doctrina. 253

Irregularis.

An validè abſoluat, ſicut & ſuſpenſus. 97. & 98
Negatur cùm ſuſpenſio eſt cum notorio vitio intruſionis, aut ſimili. 100
Irregularis an reſignari poſſit? 135
Ob defectum natalium vt diſpenſabilis. 136

Dom. Ioan. Solorzanus.

Cum laude propugnatus. 286

L

LÆſæ Maieſtatis crimen, vide v. Inquiſitio, ad num. 146. 147. & 188.

M Matri-